Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8454
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



phetissa soror aaron tympanum in manu egres
sequ sunt omnes mulieres post eam cum tim
panis et choris quibus panebat dicens. Can
temus domino gloriose enim magnificatus est eq
et ascensore proiecit in mare. Quid enim ora
ria pphetissa nisi sca ecc intelligit. Hec autem
in tympano cantat quia in carnis macera
tione deum laudat. Nam quia ex mortificatione
animalium pellibus tympana fiunt. ideo pro car
nis mortificatione sepe ponunt. Hanc autem
cetere mulieres cum tympanis et choris se
quunt. qm et ipse carne domant pulchro
q et regulari ordine uite domino fruunt. In
choro autem et ordinate statur et consonant
cantic. De hiis autem mlieribus psalmista dicit.
Adducentur regi uirgines post eam. post eam
nam. Ab hac namq nre uirginis nomen deduc
tum est que qm p filium suum totius ecclie
caput est. non im certo cetere tympanistrie
cum tympanizantes sequunt.

Mlit autem moyses et aaron israel de me
dio maris rubri. et ingressi sunt in deser
tum sur. Quid est autem qd israel mox ut de
mari exiuit in desertum uenit. nisi quia xpia
norum pplis statim ut baptizatus et arta et
periculosam uiam ingreditur. ad sui sal
uatoris similitudinem a diabolo tentatur.
Sic enim et xps de baptismo ducitur in desertum
ut a diabolo tentetur. Quod autem mare ru
brum baptismum significet. apls manifes
tat dicens. Omnes in moyse baptizati sunt
in nube et in mari. Quid est in nube et ma
ri nisi in aqua et spiritu. Nisi enim quis renatus
fuerit ex aqua et spiritu sco non intrabit in
regnum dei. Ambulauerunt tribus diebus
per solitudinem et non inuenerunt aquam
et uenerunt in marach nec poterant bibere
aquas de marach eo q erant amare. Et osten
dit dnus moysi lignum quod cum misisset in
aquas in dulcedinem sunt conuerse. Tres na
tiones sunt ab abraham usq ad xpm quas
per hos tres dies intelligimus. In quibus pplis
per solitudinem per triam siuam et tinaquosam
gradiens aquas inuenire non potuit. Non
dum uenerat ille qui ait. Si quis sitit ue
niat et bibat et de uentre eius fluent aque uiue.
habebant enim hebrei aquas sed non iue
nebant. quia tenentes legem non intelli
gebant. Iandem ig tria die transacta tertia
etate uenerunt in marach uenerunt ad
montem mirre et ad collem thuris. uenerunt
ad locum et ad tempus amaritudinis qm do
est crucifixus. Ibi inuenerunt aquas quia
de latere eius exiuit sanguis et aqua. Tuc
uelum templi fissum est et sepulcra aperta sunt.
Et iste quidem sunt aque. Que qm pius i
amare erant ideo pplis bibere non poterat.
Ostitit ig lignum moyses in eas et in dulce
dinem uerse sunt. Lignum hoc lignum crucis
est. hoc enim omnis aqua omnis scriptura
amaritudo in dulcedinem utitur. Cum enim
scriptura dicat. Diligite inimicos uros et
benefacite hiis qui oderunt uos. cui hoc aqua
non uideat amara. Quis eam potare et
bibere uelit. Memores tamen crucis et me
mores xpi passionis qui pro impiis mo
rtuus est. et pro iniquis et persecutoribus exo
rauit. magni exemplum sequimur dulcescunt
aque inimicos diligimus et pro persecutoribus
oramus. Ideo enim semper potare scripturam
ut ipsius semper memores mihi amare cum
possibile diuine scripture nobis scripsere uidea
tur. Nichil enim nobis scripsit quod sit amari
cruce xpi. Legis ig amaritudo uincatur
amaritudine crucis. et xpi tormenta conside
rantes tormenta non sentiamus. Sic ig omnis
aque dulcescunt que cum ligno potate
fuerunt. Venitque autem transfretato mari po
pulus uenit in marach quia statim bapti
zatus xpi conpungit passione. et que pri
amara uidebat desiderio bibendi dulcia
reputat. Ibi constituit ei precepta atque iudi
cia. et ibi tentauit eum Ubi utique in ma
rach. in aquis amaris que ligno crucis
sunt dulces facte. Ubi enim nisi in sacro
uolumine constituunt precepta atque iudi
cia. Ibi enim et instruunt ac iudicant. ubi
q a deo tentant. Inde enim tentationes pre
cepta feruntur quibus obedientes coronam
in obedientes dampnam.

Venerunt autem in helym ubi erant duo
decim fontes aquarum et septuaginta
palme. et castra metati sunt iuxta aquas.
De marach namque uenitur in helym qd
interpretatur ames. quia post xpi passionem
apls ecam susceptis ductores. Duodecim
autem fontes aquarum et septuaginta palme
duodecim apli et septuaginta xpi disci
puli intelliguntur. De hiis enim fontibus
aqua manauit quibus totus mundus